

confirmazione Apostolica, vel quavis firmitate alia... confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Status, & Consecrationibus, Priviligijs quoque, Indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscunque transibunt, & formis ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam nota proprio, aut alias eumdemadmodum concessis, etiam irritatis vitiis approbatis, & innovatis, quas omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

6. Volumus demum, ac precipimus, ut omnes Locorum Ordinarii, tam praesentes, quam futuri pro tempore existentes, in approbatione Confessioniarum, tam praedictam Constitutionem Gregorii Praedecessoris, quam praesentem hanc Nostram, ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, & accurate observari curent, nonnecque eos in Domino, atque hortentur, ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, iudicii integritate peragant, exhibentque semetipsos, ut Ministris Christi, & Dispositores Mysteriorum Dei, Memores praeterita sint, se locum tenere, ac vices ubi Summi, a quo aeterni Sacerdotis, qui sanctus, innocens, inapollutus per Spiritum Sanctum, semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emendaret conscientiam nostram ab operibus mortis, ad servandum Deo viventi. Sedulo igitur sustulente diligenter caveant; ne querentibus, & pulsantibus eorum culpa Calum claudatur, ne perditae oves ad Ovile Domini cum redire properant, eorum manibus ferarum dentibus dilanianda tradantur; ne prodigi Filiis egentes, & faucibus ad caelestem Patrem revertentes, nefaria eorum improbitate, gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in vita sunt, conficiantur.

7. Ut autem praesentis Litterae ad omnium notitiam facilius valeant, & nemo illarum ignorantiam allegare debeat, volumus illas, seu earum exempla ad varios Episcopos Lateranenses, & Basilice Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis in Monte Citorio, ac in Aede Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari, siquae publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos ille concernunt, perinde acclare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimatae fuissent, atque ipsarum praesentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillis alicuius Personae in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prout facti, tam in iudicio, quam extra illud, ubique adhiberentur, qui ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostenae.

8. Nulli ergo omnino hominum liceat patenam hanc Nostram voluntatis, sanctionis, in praesenti mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud S. Mar. Majoris anno Incarnationis Dominicae 1741. Nativitatis Junii, Pontificatus Nostri an. 3.

1. In hac Const. n. 1. approbantur, & confirmantur, cum aliorum Romanorum Pontificum litteris, tum etiam & singula decreta ad illarum interpretationem, & declarationem emanata. 2. Confessarios vero poenitentes ad inhonestas sollicitantes Inquisitionibus Haereticas privatis, tanquam Haereticos suspectos denunciandos esse, statuerit Paulus IV. 16. Apr. 1561. Pius IV. 6. Apr. 1564. Clem. VIII. 3. Dec. 1593. & Paulus V. 1604. Horum vero Pontificum Constit. quae pro Regno duntaxat Hispaniae, Portugalliae, & Algarbiorum edita fuerunt, Gregor. XV. ea, quae incipit: Universi Dominici Gregis, ad fideles omnes extendit, atque ampliat; quoque constituit, denunciare quoque oportere Sacerdotes, qui sine in Confessione, siue in loco ad Confessiones audandas destinato, Confessionem simulantes, ad inhonestas sollicitaverint, siue inhonestos sermones habuerint, vel turpia traheverint; praecipit, ut Confessarii poenitentes de denunciandi obligatione monerent.

3. Decreta suprae Inquisitionis, quae Benedictina Constitutione confirmantur, & quae regulas certas exhibent pro solvendis in huiusmodi materia casibus, referuntur a Laurentio Cozza in dubijs selectis circa sollicitationem. Et itaque pag. 19. ait, Paulum V. sub die 29. Novemb. 1621. declarasse, quod etiam ex vi Constitutionis Pii IV. comprehendenduntur sollicitantes masculos: & ita respicisse Cardinalem Mitrinum an. 1623. sub die 28. Februarii ad Ferronum Caspillo Inquisitionem Generalem Lusitaniae. Pag. 49. in Congreg. Generali Supremae Inquisit. die 11. Februarii 1624. declaratum fuisse improbabilem opinionem, quae asserit, denunciandum non esse Confessarium, qui chartam ad veterem provocantem mulieri domi legendam traderit. Pag. 62. in eadem Congregatione improbatum fuisse opinionem, quae ab onere denunciandi poenitentem eximit, si cum Confessario convenit in simulatione confessionis, ut liberius de rebus inhonestis tractarent. Pag. 65. ex decreto eiusdem Congreg. 25. Julii 1624. mulierem quae sollicitanti Sacerdoti consenserit, non teneri in denunciatione ad confesum suum aperendum; teneri tamen ad denunciandum, etiam si ipsa prius sollicitaverit, & ad confesum ipsa traaxerit Confessarium. Pag. 32. die 21. Februarii 1624. improbatum fuisse opinionem illorum, qui contendebant, non esse denunciandos Sacerdotes, qui propter alterius sollicitationem abjuraverint. Pag. 174. decisum fuisse 17. Novembris 1624. Confessarios sollicitatos non esse cogendos ad denunciandos stipulis. Is addidit loquens Pauli V. decretum 10. Julii 1614. In Generali Congreg. S. R. Inq. habita in Palatio Apostolico coram SS. D. N. Paulo presulenti divina Papa VI. & c. facta relatione, quod multi Confessarii tractant cum mulieribus in Confessione, extra occasione confessionis, de rebus inhonestis; SS. decreverit, ut contra huiusmodi Confessarios procedatur in Sancto Officio: & alud coram Alexandro VII. 8. Julii 1660. quo decernitur, teneri poenitentem ad denunciandum, etiam si nulla fraternae correctio, vel alia monitio praemissa fuerit: atque etiam illud, quo 27.

Julii 1628. definitum fuit mulierem sollicitatam teneri ad denunciandum, etiam si ferret, sponte sollicitationem conspurasse. Ritus die 22. Januarii 1747. Sac. Congr. S. Offic. responsis dubijs propositis a P. Carolo Josepho Specie Practico Missionum in America, decrevit, mulieres sollicitatas non teneri ad denunciandum, si Ministri Inquisitionis, & Vicarii Episcopi in longinquis Regionibus degentes, sine gravi incommodo, adhiere nequeant. Die 11. Maji 1707. eadem Sac. Cong. air, Puella sollicitata, in simplicitate constituta, & absque noticia inhonestatis, tenetur denunciare Confessarium sollicitantem, postquam compos esse fuerit, & notitiam praeterita sollicitationis acquisierit. Denique Fer. 5. die 9. Augusti 1745. In Generali Congregatione Sanctae Romanae, & Universalis Inquisitionis habita in palatio Apostolico Quinque coram S. M. Benedicte XIV. & Eminentes. ac Reverendiss. DD. R. E. Caridi. adversus haereticam Privatum Inquisitor. Gener. a S. Sede Apoll. specialiter deputatis.

Sacrosanctissimi D. N. solliciti animadvertent, quam grave sit delictum illarum perditorum hominum, qui Sacrosanctae Missae Sacrificio, ac salutaris Poenitentiae Sacramento ad Animarum reparationem a Christo Domino inhiant, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quod in posterum Sacerdotes tam Sacerdotales, quam Regulares cuiuscumque Ordinis, in Prius, Congregationis, & Societatis etiam de necessitate exprimebant, vel in actu Sacramentalis Confessionis, siue illius occasione, aut praetextu, ad turpia sollicitantes, vel Sacrificio Missae abutentes ad sordelegia, praeiurata a Jure, & Apostolice Confessionibus, ac perjurata S. Men. Sixti V. & Gregorii XVI. contra eisdem Iniquitates perpetuam etiam inhabitationem incurrant ad praesens Sacrificii celebrationem. Quodque ejusmodi Delictum significetur singulis cuiuscumque Ordinis Sacerdotibus, ac Praepositis, ad hoc ut de illo, sicut & de praedictis, alisque Summorum Pontificum Constitutionibus, iuxta praescriptum in generali Decreto Supremae Inquisitionis diei 15. Decemb. 1633. semel factem in Anno, id est Feria sexta post Octavam Assumptionis B. M. Virg. in publica Mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quacumque Generali, vel Provinciali Capitulo, vel alio quocvis nomine nuncupato Capitulari Congreg. suos Subditos, ac Religiosos commoneant, etiam eisdem commoneatis coram Suprema Congregatione iuratum Testimonium exhibeant. 4. Constitutiones haec contra Sollicitantes in confessione editae in singulari Natione universa vires suas extendunt, ac Latinis equae, ac Graecis sua amplitudine comprehendunt; Const. Epi Pastoralis. 5. Hae sunt propositiones ab Alexan. VII. 24. Septembris 1655. damnatae. 1. Confessarius, qui in Sacramentali confessione praesentem poenitentem chartam postea legendam, in qua ad veterem incitatus, non censitur sollicitasse in Confessione, ac proinde non denunciandus. 2. Modus evadendae obligationis denunciandi sollicitantis, si sollicitatus confitetur cum sollicitante, si potest ipsum absolovere absque onere denunciandi. 6. Atque haec sunt, ex quibus certa, tutaeque re-

gulae sunt deducendae, quibus indicatur, qui denunciandi sunt, quas ob causas, quando, & qua ratione denunciare oporteat. Eto itaque.

Prima Regula. Denunciandi sunt omnes, et singuli Sacerdotes siue absolventi jurisdictione, et auctoritate possint, siue careant. Huiusmodi regula expresse legitur n. 1. & 2. Constitutionibus. Quamobrem dubitari amplius non potest, quin simplex Sacerdos, si scilicet, qui ad valide absolvendum jurisdictione careat, denunciandus sit, si confessionem simulando, vel praetextu, sua occasione confessionis, modo infra explicando, sollicitaverit, vel inhonestas atque turpia traxerit. Sed, quum nihil, siue in hac, siue in aliorum Pontificum Constitutionibus, vel Supremae Inquisitionis Decretis, statuitur, de denunciandis vel Clericis, vel Laicis, qui sollicitanti causa confessionem simulaverint, vel confessionis praetextu sollicitaverint, non videtur probanda, quae Giffio tribuit opinio, qui ut refer Cozza pag. 153. Clericos etiam Laicos denunciandos esse contendebat haereticam legum virtute. Nam si iuxta reg. 15. juris, odia restringit, et fautores convenit ampliare, atque iuxta reg. 49. in poenis benignior est interpretatio facienda, manifestum est, poenis subiaciendis non esse, qui in lege non designantur, sed excludi videntur. In is ergo Constitutionibus, cum soli Sacerdotes nominantur, ac denunciationis poenis subdantur Clerici, Laicique praedicti inquisitorum iudicio, ac per hoc gravissimis supponuntur, atque hanc ob rem denunciandi essent, ut debitas poenas subirent.

Secunda. Qui aliquem poenitentem, quocumque persona illa sit, siue pro se ipso, siue pro alia persona sollicitaverit. Habes hic clare definitum. Primo, denunciandam esse Confessarium, siue sollicitare feminam sine masculum, ut liquet, tum ex supra relato Supremae Inquisitionis Decreto, tum etiam ex Const. verbis; nam ad aliquem poenitentem, quocumque persona sit, innuit vel masculum, vel feminam. Deinde denunciandum quocumque esse, qui non pro se, sed pro alia persona poenitentem incitaverit, seu ad turpia provocaverit, ut in Const. n. 2. expressum est.

Tertia. In actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post. Qui eo temporis spatio ad turpia provocet, quod inter confessionis initium, & abolitionem intercedit, si sollicitare dicitur in actu confessionis. At quid fit sollicitare vel immediate ante, ac immediate post confessionem, non convenit inter A. Flores, ut videre est apud Cozzam ddb. 21. pag. 91. Communior autem opinio, quae mox iudicio vera est, atque sibi legis omnino consentanea, affert, vocabulum istud immediate, non pro physico, sed pro morali significato esse usurpandum, scilicet, non pro momento, quod, nullo interfecto medio, vel praecedit, vel subsequitur confessionem; sed pro brevi illo temporis spatio, in quo, si quidquam fiat, attentis circumstantiis, secundum communem loquendum modum, ac prout dentium iudicium, siue immediate ante, vel immediate post confessionem, factam dicitur. Quare, qui mulierem praeterea confessionem, siue ad confes-

tionem paratam, & quam paulo post ad confessionem accessuram noverit, ad inhonesta incitaret, si immediate ante confessionem sollicitare diceretur, licet breve temporis intervallum provocantem ad honorem, confessionemque intercederet. Atque eandem ob causam, si immediate post confessionem sollicitare diceretur, qui vel illico post abolitionem, vel in Ecclesia, cum primum e confessionibus egreditur, mulierem ad turpia provocaret; si ve chartam ei traderet ad venerem incitantem domi legendam. Immo communior opinio est, hac quoque lege comprehendi, qui poenitentem deinceps sequatur, eamque vel in itinere aut domi sollicitet. Is enim secundum prudentium iudicium statim post confessionem sollicitatio diceretur; quia, cum primum potuit, preconceptum in confessione de sollicitando desiderio executioni demanavit. Sed indicati casus clarius comprehenduntur sub regula, quam subjicimus.

Quarta. Vel occasione, aut pretextu confessionis. Occasio, & pretextus duo hic exprimitur, que sunt invicem distincta, atque omnino diversa. Nam confessio occasione sollicitare, est ex confessione provocandi motum sumere: pretextu vero confessio sollicitat, qui confessionem pretextit, si ve fingit, ac simulat, ut liberius vel inhonesta tractet, vel ad venerem incitet. Occasionem confessionis tribus modis Confessarius sollicitare posse videtur. Primo: Dum ex expressa aut tacita confessionis petitione sollicitandi motum sumit. Tum enim medicum petenti, venenum, atque panem expetenti, scorpionem porrigit, iuxta Constat. all'egorias; atque veneratione, demissione animi, confidentia, alique poenitentis affectibus erga Sacramentum ac Christi Ministrum abutitur, quo facilis ad inhonesta incitetur, adeoque denunciandus est. Secundo: ex confessione ipsa, hoc est, dum intelligendo, que cum aliis egit, vel facere optavit, aut ad venerem provocavit &c. occasionem nanciscitur, vel verbis, vel signis ad inhonesta provocandi. Tertio demum, quum notitia utitur, quam ex confessione habuit, ad incitandum, & facilius movendum ad assensum. Ab hac enim notitia motum ad sollicitandum, manifestum est, ex ipsa confessione incitandi occasionem desumere. Sed ut poenitens hanc ob causam denunciare teneatur, habeat necesse est certa indicia, quibus prudenter judicare possit, ex hujusmodi sollicitandi motum a poenite, nam si indicia hujusmodi desint, presumit potest aliis ex causis motum fuisse ad sollicitand. a. Suppetunt vero poenitentii hujusmodi indicia, si confessarius brevi post confessionem tempore poenitentem sollicitet, veluti personam, que facile acquiescere solet, vel natura sua ad hujusmodi actus propensa sit, & si aut generalibus verbis, aut nubibus in sollicitando utatur, quibus indicat videatur, se scire, vel quid cum aliis egerit, vel quam alias ad hac propensa fuerit, aut quidpiam isti simile, quod ex confessione noverit.

Quinta. Vel etiam extra occasionem confessionis in Confessione.

Hac regula it designatur, qui denunciandi sunt ratione loci, in quo ad inhonesta aliquem provocent. Scilicet ii, qui in loco destinato ad sacri Poenitentiae ministerii exercitium, & ad absolvendos fideles a

peccatis, etiam extra quamcumque confessionis occasionem, & simulationem, ad turpia sollicitant, vel inhonesta tractant. Constat id primum ex decreto Supreme Inquisit. sub Paulo V. quod una cum aliis a S. M. Bened. XIV. approbatum, & confirmatum fuit: deinde ex eo, quod finis legis videatur hujusmodi poenitentibus subicere; quia in loco, ex quo fideles solutionem a culpis, ac animae salutem querunt, novis culpis ligare, atque in perditionem, & mortem aeternam ducere student.

Sexta. Sive in alio loco ad confessionem audiendas destinato, aut electo; cum simulatione audienti ibidem Confessione.

Tria locorum genera distinguuntur, in quibus confessiones audiri solent. *Primus*, inquit Felix Potest. tom. II. p. 3. cap. 9. est *confessionale ordinarium*, quod confici solet ex ligno habent laminam scriptam cum parvis foraminibus, quatuor in Ecclesia collocatur. Atque huiusmodi est, quod in superiori regula indicatur. *Secundus* est locus quicumque ab illo distinctus, ubi confessiones audiuntur: tales sunt in domibus Religiosis Cellule quaedam in primo claustris, aut in Sacristiis, atque hujusmodi confessionis locum designari ait verbis illis, *sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato*. At si hujusmodi cellulis confessionale, ut supra dictum est, constructum adit, quod formam habeat tribunalis ordinarii sacramentalis iudicii, tunc ad locum prioris generis pertinet; ac sollicitans, sola loco circumstantia inspecta, denunciandus erit. Tertius locus est, quem Confessarius ad confessionem audiendam, pro suo arbitrio eligit: *ita potest esse in Ecclesia, in foro, in domo, in agro, ubique*; atque hanc locum designant illa verba, *ad confessiones audiendas electo*.

Qui in prioris generis loco sollicitant, sunt iuxta quatuor regulam denunciandi; qui vero in locis secundis, & tertii generis, que loco destinato, aut electa dicuntur ad confessionem, sollicitaverint, tum tantum sunt denunciandi, cum vel confessiones audiunt, aut audire simulant: Hinc confessarius a confessionali provocans mulierem, vel ante sedentem, vel transeuntem, vel rem aliquam indifferenter secum tractantem, aut cum ea inhoneste ibi sermones habens, denunciandus est; non vero, si extra occasionem confessionis, vel eisdem simulationis, in loco secundis, & tertii generis, eadem, vel similia ageret.

Septima. Ad inhonesta, & turpia, si ve verbis, si ve signis, si ve nubibus, si ve tactu, si ve per scripturam, tunc, aut postea legendam tentaverint. Quamquam omnia peccata inhonesta sint, & turpia, quod in unoquoque finis honestus desideretur, ac turpitudine illa infusa, que in deservitate ad regulam morum continetur; tamen iuxta communem loquentium modum, cum inhonesta, & turpia dicimus, venereos actus indicamus. Atque hoc sensu inhonesta, & turpia in Pontificis Constitutionibus usurpantur, ut cum Theologi omnes fatentur, tum etiam constat ex eo, quod hujusmodi peccata legibus prohibentur illis statuendis motum dederint, atque demum ex ipsa Inquisitionis praxi. Igitur hanc legem virtute denunciandi non sunt, ad forum, vel alia faciora poenitentes provocantes. At ob Sacramenti abusum, atque haereticos suspensionem, et quoque legibus

in haereticos suspectos latis, Inquisitorum iudicio subiciuntur; quamobrem auctores bene multi denunciandos esse teneant, licet non denunciandos poenas in hac Constat. habilitas non subeant.

Aliis Constitutionum particulis indicatur, denunciandos esse, qui provocant, incitant, si ve alliciunt, verbis, aut signis &c. que, vel ex se, aut ex loci consuetudine, si ve ad venerem adus inducant. *Signa sunt*, inquit Felix Potest. cap. 4. *Ofciosa, tactus impudicus etiam sui ipsius Confessarii, tactus manus poenitentis sine causa, missio osculi manibus, Audacia compressio pedis, aut oculi, & similia signa amatoris, quibus amantem uti soleant ad invitandum, aut alliciendum aliquam personam ad sui amorem. Quod est verum, etiam si sollicitatio fiat per signa venialiter inhonesta, nempe leviter indicativa amoris lascivi, quia licet tales actus sint ex se leves, ex circumstantiis tamen Sacramenti, cum qua sunt conjuncti, sunt graves, & mortales.*

Litterae quoque amatoris traditae etiam ut domi legantur, sufficiens denunciandi motum praebent, ut verbi Constitutionis liquet. Sufficit autem litterae hujusmodi tales esse, quae ad profanum amorem alliciunt.

Octava. Aut cum eis illicitis, & inhonestis sermonibus, vel tractatibus venereis assu habuerint.

Quemadmodum superioribus verbis eos denunciandos esse precipitur, qui, vel in acta Sacramentalis confessionis, vel ante, aut immediate post, si ve in Confessione extra occasionem confessionis, vel alio in loco confessionem simulando, sollicitare, & provocare tentaverint; ita, hac regula, denunciandos esse praescribitur, qui in iisdem circumstantiis, cum poenitentibus, si ve cum iis, quibus cum confessionem simulaverint, illicitos, & inhonestos sermones aut tractatus habuerint. Ex quo apparet, non solum eos denunciare oportere, qui illicitis, inhonestisque turpia verba profertur, sed etiam illos, qui vel contra sermones habent, si ve de rebus tractent, que, vel turpes sint, aut pudori, honestatique adversentur, licet hujusmodi verbi aut tractatus, nec sollicitare seu provocare intendant, nec ex parte poenitentis sollicitatio, & provocatio sequatur ulla. Rem ita ostendit Potest. cit. tom. III. cap. 22. *sub his verbis comprehenduntur etiam sermones inhonesti sine provocacione: nam haec clausula est distincta a priori*, sollicitare, vel provocare tentaverint. *Ad additur distinctiva, aut, quod non esset verum, immo clausula haec esset superflua, si solum comprehendere sermones inhonestos cum provocacione.*

Nona. Denunciare oportet, etiam si sollicitatio inter Confessarium, & Poenitentem mutua fuerint.

Quum mutua sollicitatio sit, si ve a poenitente incipiat, si ve a confessario, ut est manifestum, ex hac regula clare deducitur, falsam, & improbatam omnino esse ab Apostolica Sede illorum opinionem, qui denunciandum non esse teneant Confessarium, sollicitanti femine consentientem.

Decima. Sive sollicitationi Poenitens consenserit, si ve consensum minime praestiterit.

Horum verborum sensus, atque regula hujusmodi

us ex supra dictis abunde patet. Hinc vero in memoriam revocandum est, supra Inquisitionis decretum Nota 2. indicatum, quo decernitur, poenitentem tenei ad denunciandum, non vero ad apertendum praesidium sollicitationi consentium; ac decretum aliam ejusdem Gregorioris fide die 22. Januarii 1622. ubi decretum fuisse voluit annullari, inquit Cozza pag. 92. *quod Confessarius, qui mulierem poenitentem, ante ejus pedes signo crucis munivit, sollicitas dicens, et, nolle se suam confessionem audire pro tunc, ut commodius sollicitet, sit denunciandus.*

Undecima. Vel longum tempus post ipsam sollicitationem iam resposuerit.

Non solum hic illorum praescribitur opinio, qui contendunt post triennium denunciatum obligationem cessare; sed innuitur etiam tamdiu in poenitente denunciandi omni manere, quoad usque satisfecerit; immo & eos quoque denunciare debere, qui vel ob ignorantiam legis de denunciandis sollicitantibus, vel, quod non illico ob simplicitem, sollicitante, aut nutus intellexerint, non nisi post longum tempus agnoscent, aut tenei ad denunciandum, vel sollicitatos fuisse.

Duodecima. Aut sollicitatio a confessario, non pro seipso, sed pro alia persona peracta fuerit.

Regula ex his, que supra sunt explicata, clara est. Addimus autem haec alia verba, que in Gregoriana Constitutione habentur: qui ad inhonesta, si ve inter se, si ve cum aliis perpetranda sollicitaverint; ut confessarii intelligant, denunciandos esse sollicitantes cum pro se ipsis, tum pro aliis personis, tum etiam per alias personas.

Is praesentis, monentur Confessarii, ut cavent diligenter, ne poenitentibus, quos noverint iam ab alio sollicitatos, Sacramentalem abolitionem imperpetuum perdentes, deinceps tamen praedictam ad effectum praesentis Statuti, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

Ex his manifestum est, omnes poenitentes gravi precepto obligatos esse ad denunciandos sollicitantes Confessarios, nec sine gravi culpa id omittere posse. Agitur enim de re gravi, cuiusmodi est Sacramenti abusus, ac de crimine, quod praes se suspicionem fert haereticos.

Neque solum poenitens, sed et quoque, qui vel sollicitantem Confessarium casu viderunt, vel audierunt, vel immediate, aut ab ipso sollicitante Confessario, si ve ex sollicitato poenitente sollicitationis scientiam habuerunt. Id universim Theologi ostendunt ex eo, quod hujusmodi Confessarii sint haereticos suspecti, quodque testes quoque de immediato auditu, per inquisitionis scripta suspectos de haeresi denunciare precipiantur.

Quaestio demtaxat est, num denunciare teneantur, qui idem ex libris, ac suspectis personis audierint? Tutor vero, & communior opinio est, hos quoque denunciare debere. Quia in causis ad sanctum Officium spectantibus admittuntur etiam testes inhabiles, excommunicati, perjuri, infames &c. nec privati est, sed Inquisitoris investigare, & decernere, num persona, ex qua audita fuit facta a Confessario sollicitatio, sit digna. Cujus quidem rei ratio est, quod

quod hereses, aut hereses suspitionis crimen ita Christiane reipublice perniciosum sit, ut ad illud excipiendum omnia adhiberi oporteat media, atque adeo conspiciant generis testes. Ad cohibendum vero hac in calumniosorum S. M. Bened. XIV. in superiori Const. in 3. penas in calumniosorum, five falsos delatores constituit, ut ibi legere est.

Igitur omnes penitentes, vel ex penitentibus audientes sollicitantem confessorium denuntiare tenentur. Idque etiam si delictum occultum sit, ac sollicitans vir bonae famae ex decreto Alexandri VII. die 24. Sept. 1665. & etiam si fiat sub sigillo naturali, iurejurando quoque confirmato, quia hoc ad privatam bonum, denuntiatione vero ius criminis ad publicum reipublice Christianae bonum spectat; ac publicum bonum privato anteponendum est, neque iuramentum de re mala teneri, ut ex Bord. argumentatur Felix Potest. c. 12.

Persona sollicitata tenetur per seipsum denuntiare, quia haec obligatio est personalis; & si per alium denuntiaret, denuntiatio esse ex auditu alterius. Quia per Epistolam denuntiant, nisi suscipiant proprium nomen & cognomen, non satisfaciunt, ac tunc deinceps ab Inquirentore vocandi, ut iterum iudicis deponant.

Si Mulieres nobiles sint, aut Puellae, quae denuntiare debeant, ac veniant ad Inquisitionis Tribunal accedere, monere debent per internum Inquirentem, ut domum Notarium mittat ad suscipiendam denuntiationem. Aprior vero internuncius est Confessorius, cui Inquirentis de sollicitatione iam notum committere potest, ut recipiat in scriptis iuramento firmatam denuntiationem, ex decreto Inquisit. Rom. iussu Urbani VIII. 27. Sept. 1624. qui quidem modus servari maxime debet in recipienda Monialis denuntiatione, ne res alii Monialibus manifestetur. Reliqua patent ex ipsa Const. in qua poena quoque in delinquentes statuta leguntur.

Nota. Qui in partibus Schismatistarum, Haereticorum, & Mahometanorum degunt, licet subiecti sint Constitutionibus contra sollicitantes, tamen in illis locorum circumstantiis, in quibus nulla spes adire punitionis denuntiandi, atque mulieres sine periculo, & infamia denuntiare nequeant, denunciatos vero facit poenam declinare posse credatur, recurrendo, vel ad Episcopos Schismaticos, vel ad Laicos Iudices infidelis, ex decreto Sacrae Congr. S. Offic. die 21. Febr. 1630. attentis supradictis causis absolventi sunt, & liberandi ab huiusmodi onere denuntiandi; moneant tamen debent, ut cessantibus supranarratis periculis, & impedimentis, teneantur denuntiare.

DECLARATIO

Super Constitutione praecedenti contra sollicitantes.

Pro fornicando mortis articulo Sapientissimus, ac Prudentissimus Pontifex praecedenti Constitutione non intendit Sacerdoti criminis socio ab eo quoque crimine absolutionem impediendi necessitatem jurisdictionem auferre. Verum penas in dicta Constitutione latas non effugiet, si abique

gravi necessitate cogente ad excipiendam communitatem confessionem se ingerat.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram vel memoriam.

Apostolici muneris partes in procuranda praecipua rerum sacrarum pura illibataque penitus a-mixtione versari debere intelligentes, non modo & assiduis hortationibus, & iusta, ubi res postulat, legum severitate, ut ab Ecclesiasticis quibusque Ministris sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus providere studemus; verum etiam leges ipsas non forte sinitris interpretationibus in alteram extremitatem partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis perperam detorqueantur, opportune communitate ac roborare pro eorumdem mendo vigore, cum oculo poposcerit, non praetermittimus.

1. Sane cum nos alias quaedam nostram Constitutionem, cuius initium est, Sacramentum Penitentiae, anno incarnationis Dominicae 1711. Kalendarum Januarii, Pontificatus Nostri Anno primo editam, omnibus, & singulis Sacerdotibus tam saecularibus, quam regularibus interdiximus & prohibuimus, ne aliquis eorum, extra casum extreme necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, & desiciente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessorii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem perne complicit in peccato turpi, atque inhonesto, contra sextum Decalogi praecipuum commissio, excipere auderet; ita ut absolutio, si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset tamquam impertita a Sacerdote, qui iurisdictione & facultate ad valide absolvendum necessaria ipsi per nos vigore eiusdem Constitutionis adempta privatus existeret, & alias prout in memorata Constitutione, cuius tenorem praesentibus proplene & sufficienter expressit, & inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum nos subinde super ex dictis Constitutionibus parte, quae mortis articulum respicit, dubitationes quasdam excortas fuisse accipimus, quarum resolutionem privato cuiusque iudicio relinquendam minime existimamus, ne lex incertis conjecturis & opinionibus facta in sensu a mente nostra alienos forsitan distrahatur, & iustitiae vigor paulatim langueat, atque evertetur.

2. Hinc est, quod nos omnem dubitandi rationem, quantum cum Domino possumus, de medio auferre cupientes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicis potestatis plenitudine memoratam Constitutionem nostram omnibus & singulis in ea contentis tenore praesentium, quatenus opus sit, confirmamus, illamque integre penitus, & omnino, atque ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, & invariabiliter, & inconvulso observari praecipimus, & mandamus. Praeterea habita super his cum venerabili Fratre Nostro Vincentio Episcopo Praefinito Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, Petra noncupato, Penitentiariorum Nostri Majori, ac dilectis Filiis Officii Penitentiarie Apostolicae Ministris, qui rem iustitiae nostrae mature perpenderit, deliberatione, metu, scientia, & potestatis plenitudine paribus edictis, ac declaramus eadem Constitutione singulis, ut supra,

Sa-

Sacerdotibus, quemadmodum interdictionum non est in mortis articulo personam in praedicto turpi peccato complice consentientem audire, atque ab huiusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, desiciente tunc quocumque alio Sacerdote, qui confessorii munus obire possit; ita interdicta re ipsa & prohiberi praedicto Sacerdos non defuerit, etiam si forte iste alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, five alias ad confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse Sacerdos simplex Confessionem excipere ac absolutionem impertire.

3. Porro, si casus urgentis qualitas, & concurrentes circumstantiae, quae vitari non possunt, eiusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutionem in dicto articulo personae confessionem vocati, aut accedere sine gravi aliqua exortitura infamia, vel scandalo nequeat; tunc alium Sacerdotem perinde haberi, ceterisque posse, ac si revera abesset, atque deficeret, ac proinde in eorum statu non prohiberi socio criminis Sacerdoti absolutionem penitentiae ab eo quoque crimine impertiri. Sclari autem complice eiusmodi Sacerdos, & scio animadvertat, fore re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus praedictam nostram Constitutionem, iurisdictionem, atque in ea penis obnoxium, si praedictae infamiae, aut scandali periculo sibi ultro ipse consingat, ubi non sunt: immo intelligat teneri se graviter huiusmodi pericula, quantum in se erit, avertere, vel removere opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuius Sacerdoti locus pateat illius confessionis abique ullius infamiae, vel scandalo auferenda. Ita enim iustum teneri vigore memoratae nostrae Constitutionis deca, & nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus, & praecipimus.

4. Quod si idem Sacerdos aut quovis modo se nulla gravi necessitate compulsum ingressus, ut ubi infamia vel scandali periculum timeatur, si alterius Sacerdotis operam requirenda sit, ipse ad id periculum avertemdum congrua media adhibere de industria neglexerit, atque ita personam in dicto crimine complicitae, eoque in articulo mortis, ut praefertur, constitutione sacramentalem Confessionem excipere, ab eo quoque crimine absolutionem largiri, nulla, sicut praenarratur, necessaria causa cogente presumpserit, quovis huiusmodi absolutio valitura futura sit, dummodo ex parte penitentis dispositiones a Christo Domino ad Sacramenti Penitentiae valorem requiritae non defuerint (non intendimus autem pro fornicando mortis articulo e dem Sacerdoti quantumvis indigno necessariam iurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis perat) nihilominus Sacerdos ipse violatè aucte ejusmodi temerario Legis poenas nequaquam effugiet, ac propterea laram in dicta Constitutione majorem excommunicationem, eodemque plane modo, quo ibidem decernitur, Nobis, & huic Sanctae Sedi reservatam incurram, prout illam eo ipso incurrende declaramus, veluti, atque statimus. Non obstantibus omnibus & singulis illis, quae in praefata nostra Constitutione volumus non obdare, ceterisque contrariis quibuscumque.

5. Volumus autem ut eorumdem praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis

Antoine Theol. Mor. T. III. P. I.

manu alicujus Notarii publici, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum habeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majoram sub Anno Pontificatus die Octava Februarii millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, Pontificatus nostri Anno Quinto.

D. Cardinalis Passionensis.

DECRETUM

Contra sollicitantes, & sacrificio Missae abutentes ad Sortilegia.

Feria 5. Die 5. Augusti 1745.

In Generali congregatione Sanctae Romanae & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Quirinali coram S. D. N. Benedicto Divino Providentia Papa XIV. & Eminentiſſimis, ac Reverendissimis S. R. E. Cardinalibus adversus haereticam praesertim Inquisitionibus Generalibus, a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus D. N. sollicitè animadvertens, quam grave sit delictum illorum perditorum hominum, qui Sacrosancto Missae sacrificio, ac Salutaris Penitentiae Sacramento, ad Animarum reparacionem a Christo Domino institutis, in illarum perniciem, & damnationem abutuntur, decrevit, quod in posterum Sacerdotes tam Saeculares, quam Regulares cuiuscumque Ordinis, Instituti, Congregationis, & Societatis etiam de necessitate exprimentè, vel in actu Sacramentalis Confessionis, five illius occasione, aut praetextu, ad turpia sollicitantes, vel Sacrificio Missae abutentes ad Sortilegia, praeter poenas a iure, & Apostolicis Constitutionibus ac signanter S. Mem. Sixti V. & Gregorii XV. contra eosdem infidas, perpetuam etiam inhabilitationem incurrant ad praefati Sacrificii celebrationem, quodque ejusmodi Decretum significetur singulis cuiuscumque Ordinis Superioribus, ac Praepositis, ad hoc de illo, sicuti & de praedictis, aliisque Summorum Pontificum Constitutionibus, iuxta praescriptum in generali Decreto Supremae Inquisitionis die 5. Decemb. 1733. semel factum in Anno, idest Feria vi. post Octavam Assump. B. M. Virg. in publica Mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter convocato, ac insuper in quocumque Generali, vel Provinciali Capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato Capitulari congressu suos subditos, ac Religiosos commonebunt cudent, ejusdemque communitationis coram suprema Congregatione juratum testimonium exhibebunt.

Paulus Antonius Capellanus S. Romanae, & Universalis Inquisit. Not.

Loco & Sigilli.

Die 21. Augusti 1745. Supradictum Decretum affixam, & publicatum fuit ad vultus Basilicae Principis Apostolorum Palatii Sancti Officii, ac aliis locis solitis, & contentis Urbis per me Petrum Romololum Sanctissimae Inquisitionis Cursorem.

S

AP.

De Indulgentiis.

Quest. I. Quid et quotuplex sit Indulgentia?

Resp. 1. Indulgentia est remissio poenae temporalis peccatis quoad culpam remissis debita...

Resp. 2. Indulgentia alia est totalis seu plenaria, qua tota poena temporalis remittitur...

Quest. II. Quinam habent potestatem concedendi Indulgentias?

Resp. Papa potest jure divino Indulgentias qualescumque in tota Ecclesia concedere...

Nota. Haec potestas est jurisdictionis, non ordinis. Hinc non potest competere, & delegari clerico non sacerdoti...

Quest. III. Quanam requiruntur ad lucrandum Indulgentiam?

Resp. Sequentia. I. Status gratiae, scilicet cum ultimo opus completer. Quia tunc applicatur indulgentia...

stati gratiae, & sine illo possunt esse utilis ad finem indulgentiae. Requiritur tamen status gratiae eo instanti...

II. Omnia opera iuncta impleri debent integre, in loco, & tempore, & ordine praescriptis, & propter finem praescriptum.

III. Ad consequendum indulgentiam omnium peccatorum, etiam venialium, requiritur detestatio omnium illorum...

Præter supra dicta, Caëtanus, Navarrus, Reginaldus, & alii docent, ad indulgentiam integre consequendam requiri propositum, & sollicitudinem satisfaciendi Deo per satisfactiones congruas...

4. Eleemosyna, si non determinetur per Bullam, fieri debet iuxta regulas prudentiae, & dictamen internum...

5. Non satisfit per communionem sacrilegam: nam communio peccatorum, ut opus bonum, vivum & operatum gratiae.

Quest. V. Quanam requiruntur ut Indulgentia proferat Defunctis?

Resp. Necessit est. 1. Ut pro illis in Bulla praefata concedantur: Nam indulgentiae non profunt pluribus...

indulgentiam illis communicari, qui quantum superius dicitur, bene operari non praetermittunt...

Quest. IV. Quanam notanda sunt circa opera praescripta solita?

Resp. Sequentia. 1. Dum in Bulla conceditur indulgentia contritiis & confis. (v), ad eam lucrandum secundum multos confessio non est necessaria...

2. Oratio fieri debet per aliquod tempus in loco, tempore, & ex intentione designati. Locus est ordinarius, ubi est Indulgentia...

3. Modus servandi jejunium est ille, quem singulae provinciae tali tempore in aliis jejuniiis.

4. Eleemosyna, si non determinetur per Bullam, fieri debet iuxta regulas prudentiae, & dictamen internum...

5. Non satisfit per communionem sacrilegam: nam communio peccatorum, ut opus bonum, vivum & operatum gratiae.

Quest. V. Quanam requiruntur ut Indulgentia proferat Defunctis?

Resp. Necessit est. 1. Ut pro illis in Bulla praefata concedantur: Nam indulgentiae non profunt pluribus...

2. Ut Fidelis vivens omnia opera iuncta rite perficiat ex intentione lucrandi indulgentiam pro mortuo, sitque in statu gratiae...

(1) Quod spectat ad necessitatem Confessionis Sacramentalis in negotio Indulgentiarum, superius Sac. Congr. SS. D. N. Clem. XIII. auctoritate...

assidue frequentandum in vita decursu. Quia quidem ex re quantum emolumentum regisitis animabus...

Sacrae Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praeposita.

Quoniam Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praeposita die 31. mensis Martii anno 1757. fuerit in tota, Confessione Sacramentali...

Quoniam Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis praeposita die 31. mensis Martii anno 1757. fuerit in tota, Confessione Sacramentali...

2. Oratio fieri debet per aliquod tempus in loco, tempore, & ex intentione designati. Locus est ordinarius, ubi est Indulgentia...

3. Modus servandi jejunium est ille, quem singulae provinciae tali tempore in aliis jejuniiis.

4. Eleemosyna, si non determinetur per Bullam, fieri debet iuxta regulas prudentiae, & dictamen internum...

5. Non satisfit per communionem sacrilegam: nam communio peccatorum, ut opus bonum, vivum & operatum gratiae.

Quest. V. Quanam requiruntur ut Indulgentia proferat Defunctis?

Resp. Necessit est. 1. Ut pro illis in Bulla praefata concedantur: Nam indulgentiae non profunt pluribus...

(1) Quod spectat ad necessitatem Confessionis Sacramentalis in negotio Indulgentiarum, superius Sac. Congr. SS. D. N. Clem. XIII. auctoritate...

assidue frequentandum in vita decursu. Quia quidem ex re quantum emolumentum regisitis animabus...

prostatum Indultum in forma supra scripta expediti & publicari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die nona Decemb. MDCCCLXIII.

N. Cardinalis Antonelli Praefectus.

J. de Comitibus Sacr. Indulg. Secr.

APPENDIX.

De Orientalis Ecclesiae circa Poenitentiam disciplina.

Orientalis Ecclesia orthodoxam fidem servavit, tum circa poenitentiae virtutem, tum circa Sacramentum. Tres esse poenitentiae partes, inter quas non solum cordis contritio, & oris confessio, sed etiam operis satisfactio recensetur, fateatur Gregorius Hieromachus in Synopsi Interrogatio de partibus poenitentiae. Et quid sit satisfactio: Gabriel Philadelphiensis de Sacramento Poenitentiae, ubi agit de ejus partibus, & satisfactio: Simeon Thealonicensis in Opere de septem Ecclesiae Sacramentis: Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus in primo ad Lutheranos responso, & Confessio orthodoxa a quatuor Graecis Patriarchis ad versus Lutheranos ed. a p. 1. interrogatio 103. Et cum ii, tum alii Graeci etiam Schismatici fateantur omnia peccata mortalia specialim Patri spiritualiter esse confitenda.

Chaldaeos quoque, ac Syros Nestorianos censuisse semper poenitentiam Sacramentum esse, esseque peccatorum praese confessionem ferre, debitamque satisfactionem, facile patet. Nam Abdesius Sobeniensis in libro Margaritae p. 4. cap. 1. inter Sacramenta recensit remissionem peccatorum: Josephus Indus Navigatiois motu Orbis c. 134. apud Nestorianos in usu fuisse testatur Confessionem auricularem, confitentur, inquit, ut 961. Jesu abus Adjabenus Patriarcha Ordinem Poenitentiae composuit, eodem Sobeni teste, illumque commentarius illustravit. Timotheus II. Patriarcha in lib. de Sacramento cap. 7. sect. 6. ut legere est apud Aflum. tom. 1. Bib. Orient. part. 2. pag. 287. Res vero clarior fit ex eo, quod dum quidam Patriarcha Nestorianus, atque Aflenus ait, fuisse Simeonem Barmaman, austeri vellet peccatorum confessionem, contentio magna, atque caeteras ora fit. Erat quidem apud nos, inquit Sulaka, & Josephus II. consuetudo, ut revolvantur peccata nostra inter nos: sed surrexit violentus Tyrannus, & abolevit eam: ora est caeteris de Sacramento poenit. sect. 1. scribit, averterisse Nestorianos, ne quisquam deinceps alteri quam soli Deo peccata sua confiteretur: propterea quod ex revelatione cujusdam confessionis, cuius secretum Spahanensis nescio quis aperuerat, multi inter ipsos Syros disensiones, & homicidia venissent. Confessionem in primis restituitur studuit laudatus Sulaka, eisque in Patriarchatu successit Abdesius: deinde Missionarii Apostolici tam in Chaldaea & Perside, quam in Indiis; Episcopi enim Doctoresque, qui in Chaldaea a Patriarcha Babylonico in Indiis destinabantur, inter ceteros Nestorianorum er-

tores, hunc etiam, confessionis solliciti auricularis horrorem, populi illi distillabant, ut scribit Antonius de Gouvea in Actis Alexii Menezii Archiepiscopi Goensis lib. 1. c. 15. idemque Menezius testatur in Synodo Diamperensi sess. 6. can. r. Ira Aflum. loc. cit.

Syri quoque Jacobite, Cophti, & Aethiopes Sacramentum poenitentiae a primis temporibus agnoverunt omnes, ac etiam nunc eorum plerique servant. Licet enim in Aegypto circa xxi. saeculum tres Patriarchae poenitentiae Sacramentum abrogare constituerint, tamen semper suos habuit etiam ibi defensores. Nam adversus illam novitatem resistit, ait Renaudotus, Marcum filium Elconbari, qui se se Marco opposuit filio Zarae, & postea Abnassafus fratres duos, & alios non paucos: Atque eodem tempore Antiochenus Jacobitarum Patriarcha Michael necessitatem confessionis Sacramentalis, & Canonis, seu poenitentiae canonice multis argumentis habilitavit in tractatu de preparatione ad Communionem. Hanc autem mutationem ita factam fuisse scribit laudatus Renaudotus in commentario ad Liturgiam Cophticam S. Basilii. Tum Sacerdos postquam Patriarchae, Episcopi, Sacerdotes, & Clerus tunc defecerat, Laiicos circuiti per Ecclesiam factis itineribus, iohannem Cophrae ejus precibus commendare se, simulque confiteri se peccatores, & confessionem quamdam verbis generalibus pronunciare, illi non abimilem, quam in Missa recitat Ecclesia Latina. Cum interea Sacerdos orationem diceret, quae de remissionem peccatorum pertinere videbatur, exclamaverunt, eam non frustra pronunciari, & similes abolutiones iure iudicatas sunt ad abolenda peccata, quae per fragilitatem humanam, a piis etiam quotidie committuntur: atque hinc superfluo coepit, quam ita subsequuta est poenitentiae subterfugio. Saeculo undecimo, & sequenti ad sacrorum mysteriorum communionem admitti coeperunt gravissimum criminum rei, qui ad Sacerdotibus confiteri, & Canonem, seu poenitentiam libere negligebant, cum, si disciplinam Ecclesiasticam erga eos exercuissent, timerent, ne calamitiam ipsi aliquam abducati peccatores apud Malummetanos impingerent, aut fidem abnegarent. Sed alii longius progressi, ut inter alios Joannes filius Abugaleh Patriarcha Cophtrae, & Marcus filius Zarae, confessionem, ut supra dixi, penitus substulerunt, atque illo Alexandrinorum Sedem occupante, Michael Damiatensis opusculum in illud insinuum edidit, quod iam ex parte servatum est in collectione canonum Alexandrinae, laudaturque ab Abulpharac, & Auctore scientiae Ecclesiasticae. Summa illius doctrinae haec fuit: Christus venit, ne magistros nobis constitueret super terram, cum unus sit ipse magister noster, neque Marcus Alexandrinus Ecclesiae fundator simile quicquam instituit; ex quo ineptus ille doctor firmissimum argumentum habere existimavit ad averendum poenitentialem omnem disciplinam. Inaque ex pessima illa institutione multi existimare coeperunt, sufficere ad expianda peccata, ne cum Sacerdotibus ritualium circumferret, inclamareturque a populo Kyrie eleison, audirentur haec verba post illud, Domine miserere, quod Arabicae quoque dicitur multoies. Suscipe Domine hoc incensum, quod offertur tibi a Sacerdote tuo pro peccatis nostris. Tunc unusquisque

quisque animo revolvens peccata sua, ea secreta coram Deo confitebatur; atque ita illa sibi remitti sibi existimabat. Neque illis consilii superflui, sed tandem fuerunt, qui postea coram se throno domi, absque Sacerdotis ministerio, thus incensentes, & sicut peccata sua immunescentes illa sibi plene remissa crederent: quod ab Aethiopsium factum testatur Abulpharac, & a Nestorianis Malabarensibus Hieremias Alexii Menezii Goensis Archiepiscopi ita hanc brevem formulam agnoscenti se peccatores coram Deo, confessionem vocant.

Quae haecenus exposita sunt, perspicuum faciunt, Sacramentum poenitentiae agnatum fuisse, ac servatum a primis saeculis in universa Orientali Ecclesia, eoque, qui illud rejecerit, habitos fuisse a reliquis tamquam Novatores, sive Haeeticos. Superest ergo ut videamus, quem sit in hujusmodi Sacramenti administratione eorumdem disciplina.

§. I. De his, quae ad materiam spectant.

Poenitentia in publicam dividi solet, & privatam. Publica poenitentia est, quae Episcopo, vel Presbytero poenitentiarum ad canonum normam decretis, publice a confisus peccatoribus fit; privata vero, quae a Confessione poenitentis fidei, & conscientiae privatim ac secreto peragenda committitur. Cum de Orientalibus dicturi simus, actiones, quibus publica poenitentia combinebatur, ex Gabriele Philadelphensi Graeco Auctore describere placuit. Is c. 10. de Sacram. Poenit. loca varia, in quibus peccatores poenitentiam agerent, per actiones designans ait, Haec sunt: Fletus, Auditio, Substratio, Confessio, & Participatio.

Fletus inquit, locus est intra portam Oratorii, in quo stant fletus, & peccatorum suorum veniam a fidelibus intervenientibus, & exorantibus postulans.

Auditio locus est intra portam Templi, videlicet in Narthex, in quo stant Auditores, & honorum sanctorumque scripturarum lectionem, et doctrinam audiunt.

Substratio locus est intra Templum, in quo stant, qui substrantur, qui cum Catechumenis exeant e Templo, cum illud: quicumque Catechumeni discedite, a Diacono promulgatur.

Confessio locus est, in quo ii, qui poenitentiam egerunt, idoneumque Canonem excusati sunt, confitentur, et fidelibus precantur.

Participatio locus est, in quo stant, qui fructus poenitentiae dignos fecerunt, et divina participanti communioni cum reliquis, qui ea digni sunt.

Haec sunt diversae stationes, diversae poenitentium gradus, in quibus pluribus etiam annis stare jubebatur, qui publice poenitentiae subicerentur. Non solum autem publica, sed etiam privata, si gravis esset crimina, Episcopi Canonum decernente, publica poenitentia exspectantur. Ex arbitrio vero & voluntate Episcoporum pendebat, ut poenitens per omnes, aut pauciores transiret poenitentiae gradus. Et Sacri Canonis praecipiebant, ut Episcopi, sive Presbyteri poenitentiarum haec oeconomia uterentur, ne ex poenitentia gradu, in quo peccatores stare jubebatur, occultata illa crimina manifestarentur, quae poenitentibus in-

famiae, & maximo damno esse possent. Hujusmodi usus adhuc octavo exeunte saeculo purus & intactus perseverabat in Ecclesia Latina, ut constat ex Carolo Magno, & Ludovici Pii capitulis, praesertim lib. v. c. 126. Post medium saeculum nonum regnante Carolo Calvo tertius poenitentiae gradus antiquari coepit: id patet ex variis Summor. Pontificum Epistolis, & Conciliorum decretis, in quibus, ubi de publica poenitentia agitur, tetus, auditio, & confessio commemorantur. Immo & quibus ex tunc nonnulli relaxata, concessa sollemnibus saltem diebus poenitentibus communio. Sequentibus vero saeculis sensim publica poenitentia in Latina Ecclesia antiquum rigorem amisit, ac penitus sublata fuit.

In Orientali vero Ecclesia longe antea publica poenitentiae disciplina inmutata ac sublata fuerat. Neclarius enim Constantinopolit. Episcopus renuncians ann. 381. quem Episcopatum ad anti. usque 1297. tenuit, publicam poenitentiam in Constantin. Ecclesia e medio subulit, ejusque morem delinqueps imitatus sunt aliae Orientis Ecclesiae: quae autem ab antiqua consuetudine detrahit, five in ea abrogavit, ac semtax capitula revocari possunt, inquit Morinus lib. vs. de poenit. cap. 22. 1. Presbyterum confessionibus, & poenitentibus publicis prescendum sustulit. 2. Morem antiquum publice enuncians quendam crimina, quae Presbyter ille monuerat, abrogavit. 3. Quotidianas manuum impositiones, & orationes super poenitentes, ab Apostolorum etate fieri solitas, in quibus universum fere substrantium mysterium consistebat, interdixit. 4. Poenitentiarum, five poenarum in confessione secreta impositarum executionem poenitentium fidei commisit, ut eas quisque in seipso pro contritionis zelo, & ardore, nemine confuso iudice, exereretur. 5. Hinc accusatio- nes criminum a proximis committarum apud Episcopum ex praepoto religionis factae, & iudicium poenitentiae de his licet oculis publice reddidit, obsoleverunt. Unde praeterea obolovit, seipsum de oculis criminibus accusandi festinatio & acceleratio, ne reus praeventus & convictus multo severiori poena plecteretur. Denique poenitentiae publicae de criminibus oculis poenitens abolite sunt.

Post hanc disciplinam variationem haec fuit, ac viger etiam apud plerique Orientales Ecclesias disciplina. 1. Diligentissima, & minutissima peccatorum omnium secreta confessio. Haec autem confessio ut Allarius & Gozarus scribunt, ita a Graecis fit, ut non genuflectant, sed sedent cum reverentia, & capite aperto peccata confitentur. Nec quomque movere debet haec praxis, qua viguit olim apud Latinos, ut antiquos Romanos Ordo, Alecibus, alique Rituales libri non pauci, Martene teste, describunt; quorum vixet etiam apud Aethiopes, et ex Joannis Botteri ad Ammonium Cardinalem Casaram epistola liquet. 2. Diligens & accurata Sacerdotis interrogatio de his omnibus poenitentia facta, ut praesertim Poenitentiales libri Joannis Jenunatoris Patriarchae Constantinopolitani, qui Gregorii I. Pontificis coetaneus erat, & Joannis Monachi, quem ajunt S. Basilii discipulum, eo tamen tempore multo posterioris, atque Libelli Simeonis Archiepiscopi Thesalonicensis, & Gabriels Philadelphiae Metropolitae de Sacramento Poenitentiae scripti. 3. Poenitentiarum & poenarum unicuique peccato se-

creta impositio, vel secundum Canones, vel saltem juxta approbatos Pœnitentiales libros, qui de Canonum severitate non admodum remittant. 4. Absolutionis post confessionem, aut etiam penitentie impositionem concessio, sed Communiois Eucharisticæ, pro ratione criminum & penitentium ad agendas penitentiam fervore & zelo, in longum brevique tempus dilatio. Observat etiam idem Morinus, duo ex antiquo rigore, publica penitentia sublata, in Oriente remansisse, scilicet humilitatem, cum qua penitens quancumque dignitate fulgeret ad Sacerdotem accedere tenebatur; & morem, quo penitentes ob nonnulla crimina, ac ob inquinamenta etiam nonnulla naturalia in foro tantum conscientie obligabantur a Templo secedere, atque in Nartheco subsistere, dum Missæ Sacrificium celebraretur, licet illis concederetur interesse officii.

Pœnitentiam juxta Canones imponi solere a plebiscite Orientalibus præsertim Græcis facile est demonstrare. Primum constat Græcorum Magni ætate Joannem Jesuaturum Pœnitentialem librum edidisse, quem refert Morinus in fine Opæ de Pœnitentia. Is Pœnitentia canonice rigorem mitigavit, quamobrem in iura accusatus ac reprehensus fuit indulgentia a Concilio Constantinopolitano circa finem undecimi sæculi celebrato; ab Armenopolo qui eodem sæculo aut paulo post scripsit, in libro de Conc. Eccl. Orient. cum Occident. c. 9. pœnia, inquit, pœnitentiis imposita, mitiores multo nunc sunt, quam erant antea. A Joanne enim Nestæta antiquus ille penarum rigor remissus est, licet id alii inter eos non probent. Pœnitentiam juxta Canones imponendam esse docent Nicephorus Cartophylax episc. 3. que est de ligandi solvendi que potestate, Simeon Thessalonensis, qui inquit, videntur ne præter Canones didicerint, ne quis præter Canones agat. Germanus Amathuntis Episcopus in litteris, quibus Sacerdoti dat confessionem audiendi auctoritatem, ubi ait; Sacerdotem juxta opera, in quibus peccaverint. Canonum penitentibus imponere debere; Gabriel Philadelphensis Græcus recentissimus satisfactionem, c. 8. libri de Sacramentis, vocat adimplerionem, et perfectionem Canonis, quem Pater spiritalis dedit peccatori secundum spiritalium sacrorum canonum pœnam. Neophytus Rodinus Cyprius in libro, quem de confessione lingua Græca vulgari edidit, ait, satisfactio est, ut faciat aliquis id quod sufficit, hoc est, illum canonem, quem ei dederit. Pater spiritalis est. Hærenius Patriarcha CP. in primo responso ad Tubigenes Lutheranos ad c. 11. testatur, pœnam seu medicinam peccatis dandam juxta canones denique, missis Allati, & Arendii testimonis, ita Goarius pag. 697. Græcorum disciplinam, describit. Pater spiritalis, sedentes, penitentes pro Exomologop audiunt. Si levis et venia dignus penitentibus culpa deprecaverint, nullam adhibent solutionem, sed de pio, devotisque quodam opere excedendo monitione antea remittunt; si letifera crimina detegant, illa in Nomocanone iuxta se postea examinant, censuramque distriunt, prout legitur, canonibus subjicitur, & tandem penitentem bene precantur, his atque aliis orationibus, aut in remedium præteritis delicti, vel in causam futuri impositi. Peccata tandem cuncta ad canonum rigorem exami-

nata, penit in eis per se castigant, & emendant. Progreveque penitentiam imponunt, in canonicis præscriptam, solent ipsi canones excitare. Et solutiois post confessionem, aut etiam penitentie impositionem concessio, sed Communiois Eucharisticæ, pro ratione criminum & penitentium ad agendas penitentiam fervore & zelo, in longum brevique tempus dilatio. Observat etiam idem Morinus, duo ex antiquo rigore, publica penitentia sublata, in Oriente remansisse, scilicet humilitatem, cum qua penitens quancumque dignitate fulgeret ad Sacerdotem accedere tenebatur; & morem, quo penitentes ob nonnulla crimina, ac ob inquinamenta etiam nonnulla naturalia in foro tantum conscientie obligabantur a Templo secedere, atque in Nartheco subsistere, dum Missæ Sacrificium celebraretur, licet illis concederetur interesse officii.

Ubi disciplina hæc variata sit, ac nos obtrimerit, ut pro Sacerdotum arbitrio penitentia Latiniore more imponatur, certum est, non teneri confessarios ad normam illorum canonum penitentia præscribere; sed ubi viget adhuc canonum observantia, restat esse officio Confessarii, aliam penitentiam injungere præter eam quam canones, five Pœnitentiales libri præscribant, nisi ita eandem confessarium arbitrio imponatur penitentiam committatur. Nam ab solvendi facultatem five jurisdictionem, quam ex Ecclesia, & ab Episcopis habent, ita exercere tenentur, ut Ecclesiæ lege obligati sint ad indicandam penitentibus quos absolvent, pœnam ab eadem Ecclesia determinatis criminibus designatam; & ut in Ecclesia Latina iis, qui ex occulto delicto in pœnam incidunt irregularitatis vel suspensionis ab Ecclesia præscriptam, confessarius declarare debet pœnam, in quam incidit; ita in Ecclesiis, in quibus pœna canonice in usu sunt, confessarius absolvendo penitentes pœnas his declarare debet, quas canones statuunt pro peccatis, quos confessi sunt, subire oportere. En verba Hieronimi Rustiarche, Resp. 11. ad Lutheranos c. 12. Quod attinet ad peccatum dimittendi peccata, ea non absolute data est, sed ea conditione, ut peccati penitentis obediat, & consentiat illi, qui anima sue curam gerit, & veram penitentiam demonstrat.

Operum penitentialem præcepta in tres generales species dividunt. In ea, que communionis Eucharisticæ privationem præstant, & ad istam privationem referuntur unius, vel plurium annorum multæ; ut nunc enim canonum penitentialem studium, idque vehementissimum in id incumbere videtur, ne cui indigne Eucharistia præbeatur; & ideo post absolutionem communionem distissime differunt: deinde in ea, que jejuniorum & ciborum abstinentiam; ubi explicant, quibus diebus abstinentum sit, quibus remissus agendum, quibus non abstinentum: denique in ea, que preces, & orationes singulis diebus recitandas. Episcoporum editi penitentias canonicas auctore, vel minore, qui solent etiam diplomata quedam concedere a pœnis, & canonibus non plene adimplentibus penitenti eximentia, que chartæ condonatorie indolgentiarum, vices apud Græcos obtinent, inquit Goarius pag. 681.

Hactenus de penitentia generatim egimus, & quo-

ad Laicos homines: in Clericorum vero penitentia tria sunt spectanda observanda. 1. Sacerdotem Clerici confessionem auditurum ab eo promissionem exigere ab officio cessaturum si crimina confiteatur, que canones depositione, aut suspensione condemnant. 2. Clericum propter crimen hæc secreto in confessionis auricularis tribunal depositum, aut suspensum, in communione Eucharistica non privari pœna prioris juxta canones criminis sufficiency. 3. Quoniam Clerici conjugati, eriam presbyteri oriturari solent, si reciverint uxores suas adulterio pollutas, eas dimittere tenentur; aut si iis commisceantur, ab officio Ecclesiastico cessare. Quæ ex iis emergunt dubia, infra proponemus. Hæc ad penitentia materiam spectant: nunc dicendum.

§. II. De forma.

Latina Ecclesia pro Sacramenti penitentia forma habet hæc verba: Ego te absolvo ab omnibus peccatis: eandem usurpandam proposuit Eugen. IV. Armenis in decreto, quod pro eorumdem instructione in Florentina Synodo elidit. voluitque Clem. VII. ut Græci in Italia Insulæque adjacentibus degentes, eadem uterentur, dum necessitate cogente, Latinos absolvent: hæc vero, vel ei valde similem Græcorum plerique, dum penitentem statim ac confessus est, absolvent, usurpant: Græci, Calabri, Apuli & Siculi, in orationibus, quas penitentes absolvendo proferunt, habent; Ego vero condono tibi omnia peccata tua; In nomine Patris &c. vel, insuper ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis quancumque coram Deo, & mea indignitate confessus es; In nomine Patris &c. Acceperunt quoque illas Orientales nonnulli, & ut in usum actas memini quondam mihi ab ipso receptas, & transcriptas vero & quas laudatas, & acceptas a quibusdam cum plerisque sui ritus orationibus reciter ad me missas multa mihi necessitudine consensu Gregor. Curiosi Ecclesiæ C. P. Theologus, inquit Goarius pag. 340. edit. Venetæ.

Ruthenos hæc adhibere consuevisse formulam refert Arculfus lib. 4. c. 3. Divina gratia S. Spiritus per me peccaverit, & minimum servum suum habere condonata quancumque peccasti, in Rituali vero Metropolitanæ Chioviensis post deprecationem, Sacerdotem verba hæc pronuntiare narrat: Ego quoque Pater tuus spiritalis, potestate mihi a Deo, & a superioribus meis concessa, te absolvo ab omnibus peccatis tuis. Nunciatum vero est a Monachis nonnullis Ruthenis, hæc nostra ætate Ruthenos fere omnes indicativam Latiniorem formulam adhibere. Eandem formam unirefin amantur Armeni, teste Galano, & Syri Maronite, Chaldei, aliique Orientales. Ex quo patet, totam fere Orientalem Ecclesiam præscriptam in decreto pro Armenis a Conc. Florent. edito absolutiois formam usurpare.

Quancumque hæc forma Romani Ecclesiæ maxime probatur, & laudato pro Armenis decreto præscripta est: tamen non adeo facile irritum, vel dubium declarandum est Pœnitentia Sacramentum formula deprecativa a Græcis nonnullis, & ab aliis paucis Orientalibus usurpata. Hujusmodi forma ita exprimitur a Gabriele Philadelphienis de Sacram. Pœnit.

cap. 8. Gratia sanctissimi Spiritus per humilitatem meam habet te condonatum, & absolutum. In officio eorum, qui peccata confitentur a Goario latine edito. Pœnitentiarum penitentem circa varia peccata interrogare præscribitur, ac deinde subditur. Postquam minutim interrogaveris de singulis, assume indico, & quale sit peccatum inquire, & cum hoc libro confer, ut quale sit peccatum discernas, & ipsa deinde subsignt. Dux deinceps recitentur Orationes, in quarum prima Sacerdos ait; Quancumque tenuissima humilitati mee narrasti, & quancumque minus ex ignorantia, vel oblivione, quancumque sint, exprimere non valui, condono tibi Deus in presenti, & in futuro. In altera vero: Ipse Deus, per me peccatorem in presenti, & in futuro locutus tibi parcat. Alia vero forma habent, absolvat te Deus &c. vel condone, dimittat, remittat tibi Deus quancumque peccasti. Iis autem formis facile patet, ratum fieri Pœnitentia Sacramentum. Primum, quia licet Græci aliique Orientales iis uterentur etiam Concilii Florentini tempore, ut ex eodem libris liquet, tamen Græcis, quos Patres ita absolvent notant, nihil dicere, coque nihil de hoc Sacramenti formula monitis abire permiserunt: quod argumentum est, nihil ab iis desiderandum, aut castigandum indicat. Deinde Clem. VIII. & Bened. XIV. præcepere quidem Græcis suis Latinis Episcopis degentibus, ut dum Latinos in casa necessitatis absolvent, indicativa Latiniore formula utantur, sed nec deprecativam usurpare vetantur, dum Græcos absolvent, nec indicativam adhibere jussunt. Id vero nunquam præterierit, si ratum non habuissent, vel censuissent suspensum Sacramentum formula deprecantibus verbis expressa administratum; denique in antea indicatis formulis absolventis Sacerdotis actio satis exprimitur: Id enim exprimit, dum Sacerdos ait: Deus, vel gratia Sancti Spiritus dimittat, vel condono tibi per me &c. nemo negabit Quancumque hæc formula, inquit Goarius, deprecativa prima fronte appareret, absolva nihilominus his distinctionibus dicitur: per me, reddi, & auctoritatem a Deo acceptam, quam prius Minister memorabat, res penitentem applicat, & indignitatem divina instrumentum, et causam subordinatam se prædicat. Si vero Sacerdos non dicat per me, id subauditur: nam si dum Sacerdos Græcus baptizans, ait, baptizatur talis, subauditur me, cur non subauditum Sacerdotis actionem, dum potestatem sese prius a Deo accepisse ait, ut revera dicitur quancumque oratione supra Pœnitentem pronuntiata, ac deinde subdit absolvat te Deus? Quis est, qui non subintelligit per me? Ministerium enim ipsum, quod cum Sacerdos exerceret, satis superque denotat, eum ita sese exprimebat; Deus per me Minister suum habet te ab omnibus peccatis. Igitur formula deprecative exprimit Sacerdotis actionem, atque eam ita indicat, ut humiliter subintelligat: foris dem animam designat, & inquit Deum regant, ut Sacramentum, quod ipse influit, quodque nominis divina ipsius promissione, & virtute fit, perficiat. Atque hæc de causa ab Irenæo, Justino, aliique Patribus Sacramentorum formula passim preces, orationes, invocationes appellatur.

Nota 1. Erit deprecativa forma satis est ad perfici-

ciendum Sacramentum Poenitentiae; tamen dum Graeci alique Orientales Latinarum Confessionem excipiunt, esse absolvent, ex Clementis VIII. & Benedicti XIV. Constitutionibus tenentur formam in Florentina Synodo prescriptam adhibere; ac laude digni habentur omnes Orientales, qui praeter praedictas, quas iuxta proprium ritum profertur, eandem quoque formam pronuntiant.

Nota 2. Refert Galanus loco sup. cit. Armenos nonnullos, dum poenitentes confitentur, ad singula peccata dicere: *Domi remittit peccata tua*, ubi advertit, & quidem optime, tolerari non posse moerem pronuntiandi formulam ad singula peccata; cum ea Sacramentum fiat, quod integrum confessionem pro materia habet. Ad formam vero quod spectat, non dubito, quin ea vere perferatur Sacramentum, subaudiatur *per me*, ac absolventis Sacerdotis alio designetur; teneri vero arbitror Armenos ad eam usurpandam, quam isdem Florentina Synod. proposuit, & inculcavit.

§. III. De Ministro Poenitentiae.

Hujus Sacramenti Minister etiam iuxta Orientales in Ecclesia canones est Episcopus, vel Presbyter, cui Episcopus absolventi facultatem fecerit, hoc est, cui animarum curam commiserit, atque ab eo subditos designaverit, in quos iurisdictionem absolvendo a peccatis exerceret. Atque in isdem canonibus statutum est presbyteri xlv. Cartaginensis, & xlv. Neocaesariensis, in quos Sacerdotem quemque, absente Episcopo, vel alio ab Episcopo probato Presbytero, in mortis periculo constitutum absolvere. Repraesentatione vero digni sunt Graeci, teste Goario, quod rari, & quae a Monasteriis, maxime selectos *πρωβασιλους*, Patres spirituales ad hoc onus admissos, litterisque *επιλαβοις* institutos exponant, quia Laicos Sacerdotes quantumvis erronee, non ita confidenter conveniunt, prout subindicat Basilianensis responsum xlix. Huic errori occurrere voluisse videtur Clem. VIII. & Bened. XIV. qui in Constit. *Epist. Pastoralis*, quod Clemens statuerat, per haec verba inculcavit: *Sacerdotes quoque conjugati, alique, quibus Parochiarum cura, vel Ecclesiarum Parochialium regimen per Episcopos suos committitur, licite, et libere possunt Parochianorum suorum confessiones audire, ipsique poenitentiam inungere pro peccatis: quia cui licet, vel conceditur quod est maius, competit quoque, nec negari convenit quod est minus.*

Ad Confessoriorum dotes, quod spectat, eadem sunt, quae in Orientalibus ac in Latinis desiderantur, scilicet probitas morum, sufficiens scientia, prudentia &c. quae ab Auctore nostro recensentur. Hic vero notandum ab Apostolica Sede statutum esse, ne ulli per Sacerdotes vel Confessarios, pro satisfactione poenitentiae, unctio aliqua solommodo iungatur. Atque tollendum esse abulum, ubi sit, ut vir atque uxor simul, et eodem tempore eadem Presbytero confitentur. Nec ferri potest abusus, qui apud Photicanos plerofque viget, de exigendo tanquam necessario confessarii testimonio, dum aliquis ad sacros ordines fit promovendus; non enim potest confessorius de his quae in confessione novit quidquam testari, ut

universa tum Orientis, tum Occidentis Ecclesia semper docuit. Vido haec de re Papadopoli *respons. vi. sect. viii.* in qua n. ostendit: *1. Fore Graecis Sacerdotem a confessionibus ad testimonium neque pro filio spirituali, neque contra eundem neque pro filio spirituali, neque contra eundem neque ob causam posse; 2. Testimonium huiusmodi existens non ac solum esse. His praemissis, ac statuto etiam, Orientales ad Sacramentalem confessionem semel saltem in anno faciendam obligari ex Ecclesiae praecipito, nonnullas circa haec materiam quaestiones examinandas suscipio.*

Quest. I. Utrum in Dioecesi, ubi permixti sunt Latini cum Graecis, vel Graeci cum aliis diversis ritus, possit Latinus Graeco, & Graecus vicissim Latino, aut alterius Ritus Sacerdoti confiteri.

Resp. 1. In casu necessitatis potest Presbyterum quemque hominem etiam diversis ritus absolvere. Immo sentiunt Viri docti, inquit Melchior Canus, licitum esse etiam ab haeretico recipere poenitentiam in articulo mortis, ut Petrus Paludanus *4. disp. 25. q. 1.* Sylvester in verbo *Confess.* n. 6. & Ioannes Major, *disp. 17.* & Glossa *Extra. de sponsal. c. Non nobis.* Primum quia probabilissimum est, quolibet Sacerdotem in mortis articulo habere auctoritatem absolvendi iure divino. Deinde, quod si iure divino quilibet Sacerdos haec potestatem non habet, Ecclesia, cujus providentia commissum est consulere animarum salutem, cum iam mater sit, non est credendum filius suis in articulo mortis desisse; adeoque eius cuilibet Sacerdotis potestati subjicere, nec illi voluisse in hoc necessitatis casu absolvi facultatem adimere. Igitur dubitari non potest quin quilibet, necessitate argente, possit cuiusvis ritus Presbyteris peccata sua confiteri. Graeci autem, alique Orientales, si qui sint, qui deprecative forma absolvent, Apostolicae Sedis praecipito tenentur praeter praecipitum, quas iuxta proprium ritum adhibent, etiam formam absolutiois a Florentina Synodo praescriptam, & a Latina Ecclesia usurpant, adhibere. Enim verba Constitutionis *Epist. Pastoralis* §. v. de Sacram. Poenit. n. 5. *In casu necessitatis Presbyteri Graeci catholici possunt Latinos absolvere; manent tamen forma absolutiois in Cone. Gener. Flor. praescripta; postea vero si voluerint, dicant orationem istam deprecativam, quam pro forma huiusmodi absolutiois dicere tantum consueverunt.*

Resp. 2. Missionariis Latinis quilibet licite confitetur, cuiuscumque ritus, cum ii ab Apostolica Sede auctoritatem habent in locis Missionum, atque in Episcoporum adiutorium, & levamen mittantur; neque Episcopi prohibere possunt subditos, ne ad eodem accedant. Hinc Sac. Congreg. de P. §. Dec. 1644. *Mandavit* moneri Patriarcham Maronitarum, cum non potuisset, nec debuisset, in praedictum iurisdictionis Apostolicae Sedis ferre communicationem in Maronitis, qui Sacramento recipere voluerint a Missionariis eiusdem Sanctae Sedis: & propterea teneri ea revocare, & de causis ab quas Maronitis non debent a Missionariis recipere Sacramenta, Sac. Congreg. tertiorum facere, quae, si ipsi fuerint indolenti Presbyterorum praedictorum. Licet Missionariis possint horum confessiones excipere, non possunt tamen eos a casibus Episcopo

re

reservatis absolvere, nisi obtenta ab eodem Episcopo facultate, ut pluries a Sac. Congr. decretum est.

Resp. 3. Episcopus Latinus, si in sua Dioecesi habeat Sacerdotes Graecos, vel alterius ritus orientales, potest eos probare, ac destinare ad confessiones etiam Latinorum audiendas; siquidem licet ex supra citata Constit. n. 6. in qua habetur: *Extra vero casum necessitatis, si quos ex Presbyteris Albanensibus pariter, & ad confessiones omnium audiendas idoneis Ordinarius Latinus iudicaverit, ut non solum Graecis, sed etiam Latinis ad se accedentes possint absolvere, id eorundem Ordinarii prudentiae, & arbitrio relinquitur.* Et n. 2. *Presbyteri Seculares Graeci ex Albania, vel aliis Orientis partibus advenientes, abjuratis schismate, & erroribus, atque in ad Catholicam fidei ingressi, in Parochiis, seu Curias Ecclesiarum Graecorum institui possunt.* Sicut Latini Episcopi Graecis in suis Dioecibus degentes Sacerdotes possunt ad confessiones audiendas Latinorum destinare, ita Graeci, alique orientales Latinorum Presbyteros, si qui sint in eorum Dioecesi: atque ex hoc patet, falli omnino a Breno, qui *lib. 1. cap. 2. qu. 20.* censet, praecipuum de servando proprio ritu violare Latinum, si Graeco presbytero confiteatur a Dioecelano Catholico Episcopo ad confessiones omnium audiendas approbato; nam si Graecus ritum non mutat, dum Latino Sacerdoti peccata sua confitetur, cur Latinus ritum mutabit? Deinde si Graeci, ut supra statuit, dum Latini absolventur, utantur, ac ubi debent forma a Florentina Synodo praescripta, ubi est ritum diversitas? Ergo committitur est ritus variatio.

Resp. 4. Si in Dioecesi alicujus Episcopi plures sint homines diversis ritus, licite continentur Presbyteris ab Episcopo ad confessiones audiendas approbatis, etiam poenitentes diversam a confessorio ritum servent. Id licet, primum ex consuetudine veteri usu comprobata, quae tum Romae, tum in aliis locis viget; ubi Graeci, Rutheni, Armeni, Syrii, & si qui alii occurrunt diversi a Latino ritu, presbyteris Latinis ab Episcopo approbatis confitentur. Deinde quod haec eadem consuetudo viget etiam apud Maronitas, quos tamen Saeculorum Inquisitionis Decreto definitum est, non esse inquietandos, ut ex solutione dubii, quod sequitur, manifestum est; *An Sacerdotes Maronitae approbati ab eorum Ordinariis ad audiendas confessiones possint indifferenter audire confessiones omnium Personarum cuiuscumque Nationis, & ritus Orientalis, quae reperiuntur in illis partibus? Eminentiissimi, audio voto DD. Consultatorum dixerunt: Maronitis non esse inquietandos. S.C.S. O. die 5. Decembris 1715.* Accedit etiam Decretum Congr. de Prop. Fidei ann. 1630. quo referente Cardinali Bandino, statutum fuit, non debere Latinos Episcopos prohibere subditos suos, ne confessiones faciant cum Sacerdotibus Ruthenis unitis ab Ordinariis locorum approbatis; nec e contra Episcopi Rutheni unitos subditos suos simili prohibitioni ligare, nec Confessorios Latinos approbatos ad excipiendam peccata sua adeant; nam cum Rutheni uniti sint vere Catholici, ubi ritus diversitatis non repugnat, discordia, & dissidia inter eos excitantur, vel turbationes introducere inveniuntur, & damnosum est. Denique, quia in administratione Sacramenti Poenitentiae

ritus; dum Orientales antedictam formulam usurpant, nulla est rituum diversitas, ac Ecclesia pia mater liberata favet Poenitentiam, quo facilius eos ad peccatorum pro confessionem expiationem alliciat. Difficultas major est circa Orientales, quorum plures sunt in eadem civitate Episcopi, qui in seos homines proprii ritus iurisdictionem habent, vel, gr. Aleppi Graecus Graecis, Syrus Syriacis, Maronita Maronitis, & Armenis armis Armenis praesent. In his si Episcopus facultatem Presbyteri limitatam concedat ad audiendas confessiones hominis proprii ritus, certum est non posse confessorium absolvere diversi ritus homines: sicut approbatus ab Episcopo Latino ad audiendas confessiones Graecorum, vel Latinorum, tantum aut solum virorum, non potest eos, ad quos concessa facultas non se extendit, absolvere. At si limitata non sit facultas, & si lex non addit particularis, vel consuetudo, quae vim legis obtineat, quae pro conservanda inter homines diversi ritus pace, obligentur omnes proprii ritus confessorium adire, non video, cur quilibet non possit Sacerdoti proprio Episcopo approbato confiteri. Cum enim eadem administratione Sacramenti Poenitentiae, nulla sit rituum diversitas, subditi illorum Episcoporum se habent, ut subditi Episcopo, qui in diversis locis iurisdictionem exercent; subditi vero unitis Episcopi licite accedunt ad Sacerdotes alterius Episcopi subditos, & in alia Dioecesi degentes, atque rite ab his absolutionem accipiunt.

Quest. II. Utrum, si quomodo confessio fieri possit, et debeat per interpretem?

Resp. 1. Explorata res est, extra casum necessitatis, & solum ab praecipito de quorundam confessione, neminem teneri ad confitendum per interpretem cum soli Sacerdoti peccata nostra aperire proprieamur; *Omnia sua solus peccata confiteatur proprio Sacerdoti, inquit Innoc. in cap. Omnis viriisque sexus, sit de poenitentia; videlicet infinitas, quod si solus confiteri nequit, confiteri non teneatur.* 4. Possit vero poenitentem, si velit, per interpretem confiteri nemo negat. Immo in articulo mortis non audeam omittere confessionem, si habere interpretem, ait Canus in *Relationibus de poenit. par. 4.* Haec responsio Sacrarum Urbis Congregationum decretis conciliantia est. In Congregatione particulari de P. F. decretum fuit: *Quamvis docent Cone. Trid. non sit divinum praecipitum mandatum, nec sacri consilio lege aliqua humana praeci possit, ut de illa praesent secreta, publica confessione aperiantur; tamen unum est Patribus deputatis eidem sacrae Synodi inhaerentibus, eos, qui volent sponte per interpretem confiteri, non debere per Vicarium Apostolicum Constantiopolitanum prohiberi, cum sufficiat praecavere abusus, et scandalum, et curare, ut interpretes admontentur de obligatione, quam habent servandam naturalis secreti.* Et propositio an. 1633. sequenti dubio. *Quaratione se gerere debent Missionarii cum poenitentibus, quorum idioma ignorat? Sac. Cong. die 10. Feb. 1683. respondit, Missionarios horum poenitentem ignorat idioma Missionariorum ad addendum interpretem, per quem confessio fiat, non debent, sed hoc nomine, solum confiteatur omnia peccata, quod si hoc nomine, solum confiteatur aliquid per interpretem, & reliqua per natus et signa quantum possunt; quod si nulla velint per interpretem confiteri, confiteantur.*

T

conatur per signa & natus omni meliori modo, sicut se cum mus; sed Missionari curent addicere ex unaquaque lingua ibi usuali illa pauca verba que sunt necessaria ad explicanda præcipua peccata contra Decalogum, & contra quinque præcepta Ecclesie. Nota. Dum ignorans Confessarii idioma tenent confiteri per interpretem, petat vero a Missionariis peccatorum absolutionem ob confessionem notitiam, & signis dumtaxat factam vel faciendam, absolvi licite potest, ut Theologus docet, & ut ex solutione patet dubii, quod sequitur: Utrum in regionibus longinquis Catholicis multis annis inconfessus, & signis dumtaxat ob defectum idioma petens absolutionem peccatorum, possit absolvi absque ope interpretis? Emin. approbatur vota PP. Theologorum, videlicet, non esse opus interprete in casu proposito, sicut etiam posse & debere absolutionem peccatorum impertiri exhibenti signa, que potest, dummodo sufficiant ad exprimentum aliquod peccatum in specie. In casu vero, qui quis conatur, quantum potest exhibere signa peccatorum in specie, nequeat autem omnino intelligi, absolvi posse per solam manifestationem peccatorum in genere. Sac. Cong. Sup. Inq. 28. Feb. 1633.

Quest. III. Utrum Græci Confessarii possint ac debeant penitentibus iuxta canones penitentiam iniungere, & an eam penitentiam teneantur penitentes acceptare, aut acceptatam exequi?

Questio hæc a Vericello de solo presbytero Græco proponitur, qui fornicationis, vel adulteri crimen confessus sit, cuique a Confessario pro penitentia iniungatur, ut perpetuo a sacro altari abstinere. Censet vir doctus hoc in causa esse, ut Græci ac etiam Mengrellenses presbyteri nunquam se confiteantur; atque ut impedimentum huiusmodi amoveat, facileque his reddat ad penitentiam Sacramentum accessum, statuit Confessarios hanc non posse presbyteris penitentiam iniungere, presbyteroque penitentes posse eandem recitare, & etiam acceptatam non exequi. Nec vero rem hæc, que magis momenti est, paulo diligentius expendere atque explicare decevimus.

Confessatioque, Græcorum canones, quibus ob fornicationem, & alia crimina Sacerdotes a sacris abstinere iubentur, non de infingenda in secreta confessione penitentia, sed de poena illa esse intelligendos, que ab Ecclesiastico iudice decernenda sit, dum crimen ad externam ipsius forum delatum sit. Primum, quia canones illi depositionis poenam constituunt, que a solo iudice in foro externo decernente imponi potest: deinde, quod lapsos deponendos, non vero excommunicandos esse decernant; quod argumentum est, de eo tribunal verba fieri, quod excommunicationis sententiam ferre possit, que in solo exteriori foro fieri potest. Præterea, quia, ut ex can. 3. S. Barthelemy, in consuetudine, ac decernenda penitentibus penitentia, recepta confecturo servanda est: confecturo vero nunc viget in universa Ecclesia, ut in confessione secreta peccatorum, arbitrio Confessarii poene decernantur; que consuetudo decretis Concilii Flor. ac Trid. ac iure canonico comprobata est. Demum, quia absurdissimum est, Sacerdotem ex fornicarium abstinendo ab altari, se huius criminis reum prodere.

At hæc tanti momenti non sunt, ut moveant me ad Vericellianæ opinionis libenterendum. Principio vero in memoriam fuit revocanda, que de Græcorum administrande penitentis disciplina §. 1. declaravi. Ex his facile patet, Græcos libata publica penitentia, ita penitentiam Sacramentum administrare consuevisse, ac eorum pleque fore adhuc, ut Sacerdotes iuxta canones pro determinatis criminibus penitentiam decernere iubeantur; hæc unice concessa potestatis, ut Poene, que in geminationibus, jejuniis, & orationibus consistunt, pro penitentiam majori, vel minori dispositione temperare, vel augere valeant. Nam facultas concedendi ante præscriptum a canonicis tempus Eucharisticam communionem solis Episcopis reservata est, qui solent litteras condonativas concedere, ut ibi ex Goatio adnotavi.

Deinde, sac ab Ecclesia ita concessam esse Presbyteris absolvi facultatem, ut iis pro peccatorum qualitate indicaverint tempus, quod post receptam absolutionem penitentes abstinere debeant ab Eucharistica communione, ut melius cognita peccatorum gravitate, poenitentia debita rite ad eam disponantur: atque etiam præcepisse, ut Confessarii penitentibus declararent, se se ob commissa crimina in poenam illam incurrisse, que obligatur statuo tempore a communione abstinere, quis neget Confessarios posse, ac debere ita poenam decernere. Hæc enim est veluti censura Ecclesiæ auctoritate præscripta, a quo Confessario ex ipsius Ecclesiæ præcepto penitentibus declaranda. Ubi esset in penitente rei iudicanda canonice poenæ a Confessario declarata, & incutata libertas: Confessarius enim non arbitrio suo id decerneret, sed censuram indicaret, quam Ecclesia pro certo crimine etiam occultis stabilivit, eaque designaret, quibus eadem Ecclesia probari, & disponi voluit homines post nonnulla crimina ad Eucharisticam communionem. Atque hæc est disciplina, que in nonnullis Græcæ gentis Ecclesiis viget, in quibus ea lege facultas absolventi Presbyteris conceditur, ut iuxta opus, in quibus homines peccaverunt, canonem ipsi imponant, ut legere est in litteris, quibus Presbytero hæc facultas conceditur a Germano Amathuntis Episcopo, quas refert Morinus in fine Operis de poenitentia pag. 236. & ut liquet etiam, ex Hieremias Patriarchæ ad Lutheranos responso; ubi ait, facultas absolventi non absolute concessa est, sed ea conditione, ut peccati poenitentem obediatur, & consentiat illi, qui anima sua curam gerit, & veram penitentiam demonstrat; atque hæc quoad poenitentiam canonicam generatim.

Venio nunc ad eam, quam Clerici Presbyterique subire coguntur, de qua Vericellus unice differit. In ordine circa eos qui peccata confitentur observando, a Joanne Patriarcha Jejunatore nuncupato conscripto, de quo §. 1. diximus, quod a suis nimis sit indulgentia accusatus, hæc habentur: Sacerdotes, & Episcopi, & Diaconi, qui in gradu sunt, ad confessionem suscipiendi non sunt, nisi secundum Deum securitatem eorum Confessoribus fecerint; quod si aliquis criminatus fuit, quod eos a sacris ordinibus exercendis prohibeat, non amplius sacris ministrare audeant. Eiusmodi enim non datur poenitentia, quavisque ea sit, sive tibi, sive posui, nisi quidem omnino a communione abstinencia; sed, a sa-

ero ministerio cessatio. Nihil autem abdicat Sacerdotum Sacerdotii functione, nisi aliqui mulieri præterquam sive misceretur. Hæc erat Græcæ Ecclesiæ disciplina iunio septimi sæculi, que deinceps viguit ac viget etiam nunc in Ecclesiis nonnullis, licet canonum rigor sit Episcoporum indulgentiam aliqua ex parte temperatus. Archiepiscopus enim Trapezuntinus, vir prope septuagenarius, interrogatus a Morino, de Parisiis versaretur, de præxi bohemica in Clericum vel Monachum in carnis vitium lapsum, respondit: Si crimen publicum est, aut publice probatum, licet semel tantum perpetratum fuerit, Clericus ille deponitur. Si accusatus, sed non convictus, se se super res sacras iurejurando purgat, & innocentiæ suam confirmat, publicæque, cum communionem fruatur. Si crimen occultum confessione secreta Sacerdoti aperit, semel bisque condonatur. Tertia vice a sacro ministerio ut cesset severè injungit spiritus, absolutioem concedit. Igitur Canonice poenitentia erga Presbyteros Clericisque, que a sacris censæ jubetur, viguit semper, ac etiam nunc viget penes plebem Græcos: ergo si confecturo in decernenda poenitentia servanda sit, ut ex S. Basilio Vericellus probat, Presbyteri eam subeant poenam necesse est, quam iuxta canones decernere solent; neque enim iure Ecclesiastico Latinorum, & a Conciliis pro Latinis editis decretis, consuetudo hæc dici potest abrogata; quippe non bonis moribus, & fidelicorum Clericorum honestati adversatur, quod unice sensu Græcorum mores improbantur.

Hæc cum ita se habeant, in proposito responsione demonstratio: Græci habent jus canonicum, quod collectione canonum, qua ipsi utuntur, continentur; & cui tamquam Ecclesiæ legi subijciuntur: ergo in poenas peccando incidunt, que huiusmodi jus præscribit, & que subire oportere ab antiquis temporibus ad hanc usque ætatem eorumdem Ecclesiæ docuit. At canones præscribit, eos Presbyteros, vel Diaconos, qui vel proprie misceretur uxori, postquam norint hanc cum alio peccasse, itque ob similitudinem etiam, in quam tum incidunt, bigamiam; vel ordinem uxorem habentes cum alia peccant, ut ex ordine Joannis Jejunatoris liquet, perpetuo a sa-

cris cessare debere; nec eorum confessionem posse Patrem spirituale excipere, nisi spondent paratos se esse ad obtemperandum Canonibus, si in peccata ecciderint, ob que a sacris cessatio decreta sit. Ergo Græci presbyteri, ubi hæc confecturo viget, non possunt huiusmodi poenitentias recipere; poena enim sunt, in quas illico, postquam peccaverunt, incidunt; non secus ac clericus, vel presbyter Latinus secreto etiam occidendo in irregularitatem incidit, qua a sacro ministerio cessare obligatur: ergo ut Latinus confessarius hanc indicare deberet presbytero Latino, nec cum posset absolvere nisi sponderet a sacro abstinere, quoad usque ab illa tria centena legitima auctoritate solutus; ita Græci &c. Et ut Latini ob occultum litum crimen absolutionem petere solent, ac spiritualis poenæ communitatem ab Apostolica Sede, ne per poenam, quam publice subeant, se hominibus reos prodant; ita Græci, dum timerent ex poena, secreto a confessorio iuxta canones inflicta, occulti criminis manifestatio, deberent ad priorum poenitentiam erga Presbyteros Clericisque, que a sacris censæ jubetur, viguit semper, ac etiam nunc viget penes plebem Græcos: ergo si confecturo in decernenda poenitentia servanda sit, ut ex S. Basilio Vericellus probat, Presbyteri eam subeant poenam necesse est, quam iuxta canones decernere solent; neque enim iure Ecclesiastico Latinorum, & a Conciliis pro Latinis editis decretis, consuetudo hæc dici potest abrogata; quippe non bonis moribus, & fidelicorum Clericorum honestati adversatur, quod unice sensu Græcorum mores improbantur.

Hæc cum ita se habeant, in proposito responsione demonstratio: Græci habent jus canonicum, quod collectione canonum, qua ipsi utuntur, continentur; & cui tamquam Ecclesiæ legi subijciuntur: ergo in poenas peccando incidunt, que huiusmodi jus præscribit, & que subire oportere ab antiquis temporibus ad hanc usque ætatem eorumdem Ecclesiæ docuit. At canones præscribit, eos Presbyteros, vel Diaconos, qui vel proprie misceretur uxori, postquam norint hanc cum alio peccasse, itque ob similitudinem etiam, in quam tum incidunt, bigamiam; vel ordinem uxorem habentes cum alia peccant, ut ex ordine Joannis Jejunatoris liquet, perpetuo a sa-

